

De omnibus VI. libris Commentar. Mys-
nic. Nam non plures tum instituti
fuerunt.

*Talia si primis cepisti Albine libellis,
Quale erit immensum quod meditaris o-
pus?*

*Maeste animo iuueris, nec te labor opprimat
ingens:*

*Clarus, si constans ipse manebis, eris,
In simili studio versantem Marchia vidit
Me quoque, sed me nunc oia deficiunt,
O plures utinam, Germanas tempore nostro
Patrie in Historias incubuisse velint.*

*Sed λόγῳ Gnate Dei tu pectora nostra serenes,
Nostrum opus ut laudi seruiat omne tuae.
Anno 1572. Berolini.*

IN MYSNIAM PETRI AL-
bini, amici tanquam fratris, Erdmannus
Copernicus I. V. D. & Professor
Acad. Francof. F.

*Si video populos, hominum si cogito mores,
Hoc video populos lege coire Dei.
Extruere hic urbes iubet & sancire sena-
tum,*

*Vnde hominum verus pectora iungat
amor.*

*Nam quo sint aliis iuncta consortia plebis?
Contiguas alijs & quid habere domos?
Quam manifesta Dei populo ut sapientia fiat,
Et generi humano dona quot ampla ferat.
Qui laudat populos igitur, qui laudat & urbes,
Nempe voluntatem laudat & ipse Dei,
Naturæq; probat finem, quo non prior extat:
Ergo pium est studium, Petre diserte,
tuum.*

*Hinc tibi non paruas debebit Mysnia grates,
Cui tu præ reliquis gratus alumnus ades.
At quia perduntur populi, perduntur & urbes,
Cum pulsa incipiunt prælia pace geri,
Finibus ut nostris pax aasit opima precemur:
Nil floret, quando militis arma fremunt.
Pacis amor dulcis, pacem precor urbibus: illam
Mysniaco firmam det Deus usq; solo.*

Anno 1570. Berolini.

IN DESIGNATIONEM HI-
storiam Misniae ornatissimi viri, M. Pe-
tri Albini Niuemontij &c. Carmen Hen-
rici Clingerij de Abieto, Secre-
tarij Septemviralis Saxon.

*O Reades Nympha, quæ saxea tecta colentes
Per sylvas, niuei culmina montis
habent:*

*Dum vulgata vident pulcri monimeta laboris,
Inclita quæ terræ diuitis historia est:
Quæ forma triquetra Sudetum hinc montibus
altis,*

*Hinc Sala, hinc liquidis cingitur Albis
aquis.*

*Nympharumq; diu variat sententia discors,
Quem nam victorem dicere iure queant.
Qui res nempe tuas, sudantes pulvere eodem,
Tentarunt calamo Mysia culta suo:
Vna ex his insit Chione pulcerrima forma:
Cui tribuam palmam, PAN erit ille mihi,
PAN Petrum Albinum, Niuei dat montis alu-
minum,*

*Qui dedit hoc miræ sedulitatis opus.
Omnia nam retro longinquis gesta sub annis,
Quicquid præclari Mysia diues habet:
Heroësque refert, quorum secunda sub umbra
Pax colit hanc terram, & cinctæ bilance
soror.*

*Præcipue gemmis loca fæta, & fæta metallis,
Quasq; sinu largo terra recondit opes.
Albinum merito hunc ut possis dicere PANEM,
Qui nihil indictum, nil tacitumq; sinit.
Hæc Chione, at reliquæ nutu assensere sorores,
Et pariter factum, iudiciumq; probant.
At tu nunc assurge tuæ terra inclita laudi,
Et refer auctori præmia digna tuo,
Per quem iam indigenis, iam facta es notior
orbi,*

*Quiq; suum pariter nomen ad astra tulit,
Et bene de patriæ rebus, patriaq; meretur,
Et memorem famam posteritatis habet.*

IN MYSNIAM POTENTIS-
simam & clarissimam.
MICHAEL HASLOBIVS M. PVB. Lu-
in Marchica Acad. Poëtices & Poë-
seos Professor.

*Quas urbeis habeas, MISNIA dulcibus
Pictoris dederit cura coloribus
Spectandas, animis ut noua suauitas
Cultu surgat amabili,*

*Qui viuant nitidis urbibus incole
Vixissentq; loco, sobria mens canat,
Et fandi rejeret munere posteris
Quod verum fueris decus.
Vas*